Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& diuidit inter medium lucis & inter medium tenebrarum. Et
uidit deus quia bonum est. & factum est uespere & factum est
mane dies quartus. Sicut sol & luna magna luminaria
dicta sunt esse in firmamento caeli. Ita & in
nobis xpus & ecclesia. Sed quomodo & ita stellae in firmamento
posuit deus. uidetur quae sint & ita in nobis stellae. Id est in cordibus nostris caelo; Mors est stella
est in nobis quae luce & inluminat nos actibus suis.
& abraham & isaac & iacob & isaias & hieremias
& ezechiel & dd & daniel. & omnes quibus scriptura sancta testimonium dedit. quia placuerunt deo. Sicut enim stella ab stella differet in gloria. Ita & iam
sanctorum unusquisque secundum magnitudinem suae lumen
suum fundit in nos. Sicut autem sol & luna inluminant
corpora nostra. Ita & xpus atque ecclesia inlu
minantur mentes nostras. Iam tamen inluminamur.
si non simus mentibus caeci. Nam sicut sol & luna corporalibus oculis caecos quamuis inlustrent. Illi tamen
lumen recipere non possunt. Ita & xpus lucem suam
prestat mentibus nostris. Sed ita demum nos inlumi
nabimur. si nequaquam caecitas mentis impediat.
Quod & ita si accidit. Primo post eos qui caeci
sunt sequi xpm. dicentes & clamantes. miserere